
SAINT AUGUSTINE

ON THE TRINITY

Translated by Edmund Hill, OP

Volume 2

Latin/English Edition of the Works of St. Augustine



AQUINAS INSTITUTE
GREEN BAY, WI



EMMAUS ACADEMIC
STEUBENVILLE, OH

Published with the ecclesiastical approval of
The Most Reverend David L. Ricken, DD, JCL
Bishop of Green Bay
Given on November 3, 2025

Copyright © 2025
Aquinas Institute, Inc.
Green Bay, Wisconsin
<https://aquinasinstitute.org>

Printed in the United States of America

LIBRARY OF CONGRESS CATALOGING-IN-PUBLICATION DATA

Names: Augustine, of Hippo, Saint, 354-430 author | Hill, Edmund translator

Title: On the Trinity / Saint Augustine ; translated by Edmund Hill, OP.

Other titles: De Trinitate

Description: Green Bay, WY : Aquinas Institute, [2025] | Series:

Latin/English edition of the works of St. Augustine ; volume 2 | Facing
text in Latin and English | Summary: "By faith, Augustine knows that
God is Trinity: Father, Son and Holy Spirit, and in this work, he seeks
as far as possible to understand what he believes." -- Provided by publisher.

Identifiers: LCCN 2025031600 (print) | LCCN 2025031601 (ebook) | ISBN
9781623403027 hardcover | ISBN 9781623404024 epub | ISBN 9781623405021 pdf

Subjects: LCSH: Trinity--Early works to 1800 | Philosophy of mind--Early
works to 1800

Classification: LCC BR65.A6975 E5 2025 (print) | LCC BR65.A6975 (ebook)

LC record available at <https://lccn.loc.gov/2025031600>

LC ebook record available at <https://lccn.loc.gov/2025031601>

NOTES ON THE TEXT

This edition of the works of St. Augustine combines the efforts of *Città Nuova Editrice* in their editing and publication of the Latin texts of St. Augustine, and *New City Press* in their project *The Works of Saint Augustine, A Translation for the 21st Century*.

Latin Text of St. Augustine

The Latin text of St. Augustine is licensed for use by the Aquinas Institute from *Città Nuova Editrice* and *Nuova Biblioteca Agostiniana* and has been compared with the Latin text of the *Patrologia Latina*.


English Translation of St. Augustine

The English translation of *On the Trinity* was prepared by Edmund Hill, OP, and edited by John E. Rotelle. It is here produced in this edition for The Aquinas Institute by license with New City Press.


DEDICATED WITH LOVE TO
OUR LADY OF MT. CARMEL

Contents

REVISIONS II.....	1
PROLOGUE	3
BOOK 1 – UNITY AND EQUALITY OF THE TRINITY	5
BOOK 2 – THE TRINITY IN SCRIPTURE.....	41
BOOK 3 – THE WORK OF ANGELS	75
BOOK 4 – SENDING OF THE SON AND THE HOLY SPIRIT.....	101
BOOK 5 – SUBSTANCE AND RELATION.....	135
BOOK 6 – POWER AND WISDOM OF GOD.....	153
BOOK 7 – RESOLUTION OF THE PROBLEM OF APPROPRIATION	165
BOOK 8 – KNOWING GOD	185
BOOK 9 – MIND, KNOWLEDGE, AND LOVE.....	203
BOOK 10 – MEMORY, UNDERSTANDING, WILL	219
BOOK 11 – LESSER ANALOGIES	237
BOOK 12 – TRACES OF THE TRINITY IN KNOWLEDGE	257
BOOK 13 – CHRISTIAN FAITH	277
BOOK 14 – MIND OF MAN AS IMAGE OF GOD.....	309
BOOK 15 – INADEQUACY OF THE IMAGE OF GOD.....	339
EPILOGUE.....	393



ON THE TRINITY



REVISIONS II

Chapter 15 (42)

Fifteen Books on the Trinity

1. Libros *De Trinitate*, quae Deus est, quindecim scripsi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecimum nondum perfecissem, et eos diutius tenerem quam possent sustinere qui vehementer illos habere cupiebant, subtracti sunt mihi minus emendati quam deberent ac possent, quando eos edere voluissem.

Quod posteaquam comperi, quia et alia eorum apud nos exemplaria remanserant, statueram eos iam ipse non edere sed sic habere, ut in alio aliquo opusculo meo quid mihi de his eveniret dicerem.

Urgentibus tamen fratribus, quibus resistere non valui, emendavi eos, quantum emendandos putavi et complevi et edidi, adiungens eis a capite epistolam quam scripsi ad venerabilem Aurelium episcopum Carthaginensis Ecclesiae,¹ quo tamquam prologo exposui et quid accidisset, et quid facere mea cogitatione voluissem, et quid fratrum caritate compellente fecissem.²

2. In quorum libro undecimo, cum de corpore visibili agerem, dixi: *quocirca id amare alienari est*.³ Quod secundum eum amorem dictum est, quo aliquid sic amatur, ut eo fruendo existimet beatum se esse qui hoc amat. Nam non est alienari in laudem Creatoris amare speciem corporalem, ut ipso Creatore fruens quisque vere beatus sit.

Itemque in eodem ubi dixi: *nec avem quadrupedem memini, quia non vidi, sed phantasiam talem facillime intueor, dum alicui formae volatili qualem vidi adiungo alios duos pedes, quales itidem vidi*,⁴ haec dicens non potui recolere volatilia quadrupedia quae lex comme-

1. I wrote fifteen books *On the Trinity*, which is God, over the course of a number of years. But when I had not yet finished the twelfth of them, and I was holding on to them longer than those who vehemently desired to have them were able to bear, they were taken from me in a less corrected state than they should have been or could have been, when I would have wanted to publish them.

I found this out afterwards and, because other copies of them remained in our possession, decided not to publish them myself at the time but to keep them as they were, so that in some other work of mine I could relate what happened to me in their regard.

Urged on by the brothers, however, whom I could not resist, I corrected them as much as I thought they should be corrected, and I completed and published them. At the point where they began I added a letter that I wrote to Aurelius, the venerable bishop of the church of Carthage; it serves as a kind of prologue, and in it I explained what happened, and what, in my own thoughts, I had wanted to do, and what I did do out of a compelling love for the brothers.

2. In the eleventh of these books, when a visible body was under discussion, I said, *that is why it is foolish to love it*. This was said in reference to that love whereby something is loved in such a way that the one who loves it thinks that he is happy when he is enjoying it. For it is not foolish for someone to love a bodily form to the praise of the Creator, so that he is truly happy because he enjoys the Creator himself.

Again, in the same book I said, *I have no memory of a four-footed bird because I have not seen one, but it is very easy to form an image of one by adding two other feet, just like ones that I have seen, to any winged creature such as I have seen*. When I said this I could not recall the

1. Letter 174. Aurelius, a long-time friend of Augustine and a person of great importance in the African church, was bishop of Carthage from the early 390s until his death in 430.

2. *Fratrum caritate compellente*: “out of a compelling love for the brothers.” *Fratrum* is translated here as an objective genitive, but it could also be translated as a subjective genitive, in which case it could be rendered “as a result of the brothers’ loving urging.”

3. *On the Trinity* 11.5.9.

4. *On the Trinity* 11.10.17.

morat.⁵ Neque enim computat in pedibus duo posteriora crura quibus locustae saliant, quas dicit mundas et ideo discernit ab immundis talibus volatilibus, quae non saliant illis cruribus, sicut sunt scarabaei. Omnia quippe huiusmodi volatilia quadrupedia vocantur in lege.

3. In duodecimo,⁶ velut *expositio verborum Apostoli, ubi ait: 'omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est,'* non mihi satisfacit; nec sic puto intellegendum quod dictum est: *qui autem fornicatur in corpus proprium peccat*, tamquam ille hoc faciat, qui propter adipiscenda ea quae per corpus sentiuntur, ut in his finem boni sui ponat, aliquid agit. Hoc enim longe plura peccata complectitur, quam illa fornicatio quae concubitu perpetratur illicito,⁷ de qua locutum, cum hoc diceret, Apostolum apparet.

Hoc opus, excepta epistola quae postmodum ad eius caput adiuncta est, sic incipit: *lecturus haec quae de Trinitate disserimus.*

four-footed flying creatures that the law mentions. Neither, with regard to feet, does this take into consideration the two hind legs with which locusts jump, which it calls clean and therefore distinguishes from the sorts of unclean flying creatures that do not jump with their hind legs—for example, beetles. All flying creatures of this kind are referred to as four-footed in the law.

3. In the twelfth, my explanation of the Apostle's words, when he says, *every sin whatsoever that a man commits is outside the body* (1 Cor 6:18), does not satisfy me. Nor do I think that the words, *he who commits fornication sins against his own body* (1 Cor 6:18), should be understood as though someone who does something for the sake of acquiring things that are known through the body, so as to locate his own ultimate good in them, does such a thing. For this includes far more sins than that fornication which is perpetrated through unlawful sexual union, which it appears that the Apostle was talking about when he said this.

This work, apart from the letter that was later added to its beginning, starts in this way: *the person who is about to read what we are discussing in regard to the Trinity.*

5. Cf. Lev 11:20–23.

6. *On the Trinity* 12.10.15.

7. Cf. *Revisions* 1.19.6; *Homily* 162.

PROLOGUE

Prefatory Letter from Augustine to Aurelius, Bishop of Carthage

Domino beatissimo, et sincerissima caritate venerando, sancto fratri et consacerdoti papae Aurelio,¹ Augustinus, in Domino salutem.

De Trinitate quae Deus summus et verus est libros iuvenis inchoavi, senex edidi. Omiseram quippe hoc opus posteaquam comperi praereptos mihi esse sive subreptos antequam eos absolverem et retractatos ut mea dispositio fuerat expolirem. Non enim singillatim sed omnes simul edere ea ratione decreveram quoniam praecedentibus consequentes inquisitione proficiente nectuntur.

Cum ergo per eos homines (qui priusquam vellem ad quosdam illorum pervenire potuerunt) dispositio mea nequisset impleri, interruptam dictationem reliqueram cogitans hoc ipsum in aliquibus scriptis meis conqueri ut scirent qui possent non a me fuisse eosdem libros editos sed ablatos priusquam mihi editione mea digni viderentur.

Verum multorum fratrum vehementissima postulatione et maxime tua iussione compulsus opus tam laboriosum adiuvante Domino terminare curavi, eosque emendatos non ut volui sed ut potui, ne ab illis qui subrepti iam in manus hominum exierant plurimum discreparent, Venerationi tuae per filium nostrum condiaconum² carissimum misi et cuicumque audiendos, describendos le legendosque permisi.

In quibus si servari mea dispositio potuisset, essent profecto etsi easdem sententias habentes, multo tamen enodatiores atque planiores quantum rerum tantarum explicandarum difficultas et facultas nostra pateretur. Sunt autem qui primos quattuor vel potius quinque etiam sine prooemiis habent et duodecimum sine extrema parte non parva, sed si eis haec editio potuerit innotescere, omnia si voluerint et valuerint emendabunt. Peto sane ut hanc epistolam seorsum quidem sed tamen

Augustine, to Pope Aurelius, his good lord, his truly beloved revered and holy brother, and his fellow high priest, greetings in the Lord.

I was a young man when I began these books on the Trinity which the one true God is, and I am now an old man as I publish them. I stopped working on the project when I discovered they had been lifted from my possession, and prematurely at that since I had not completed them, nor revised and polished them as I had planned to do. It had been my intention to publish them all together and not one by one, because the inquiry proceeds in a closely-knit development from the first of them to the last.

So when those people managed to get at some of them before I was ready, and thus made it impossible for me to carry out my plans, I did not resume the work of dictation that other preoccupations had interrupted; instead, I was seriously thinking of complaining about the matter in a special pamphlet, to make it as widely known as possible that those books had not been published by me but had been pirated before I considered them ready for publication.

However, at the urgent request of many of the brethren, and above all at your command, I have felt obliged to attend with the Lord's assistance to the completion of this laborious task. I have corrected the books as best I could, though hardly as I would or they might have varied too widely from the pirated copies that were already in people's hands. I now send them to your reverence by our dear son and fellow deacon, and give permission for anyone to listen to them, read them, or have them copied.

If I had been able to keep to my plans, the contents would indeed have been much the same, but their expression would have been much less knotty and much more lucid, as far as the difficulty of elucidating such deep matters and our own capacities would allow. Some people have the first four books, or rather five, without their prologues, and the twelfth without its considerable concluding section; but if they manage to learn about this edition, they will be able to correct their copies—if they want to and can afford it.

1. The title "pope" was given widely to the bishops of the more important sees. The bishop of Carthage was the permanent president of the African synod.

2. Augustine, though a bishop, will usually address or refer to a presbyter as his fellow presbyter and a deacon as his fellow deacon, because his episcopal office was seen as including and sharing in their subordinate ministries.

PROLOGUE

ad caput eorumdem librorum iubeas anteponi. Ora pro
me.

May I ask you to give instructions that this letter be placed
at the head of these books, though of course separately?
Pray for me.

BOOK 1

UNITY AND EQUALITY OF THE TRINITY

Chapter 1

He writes against those who, by abusing reason, corrupt faith; three errors about God

1. Lecturus haec quae de Trinitate disserimus, prius oportet ut noverit, stilum nostrum adversus eorum vigilare calumnias, qui fidei contemnentes initium,¹ immaturo et perverso rationis amore falluntur. Quorum nonnulli ea quae de corporalibus rebus, sive per sensus corporeos experta notaverunt,² sive quae natura humani ingenii et diligentiae vivacitate vel artis adiutorio perceperunt, ad res incorporeas et spirituales transferre conantur, ut ex his illas metiri atque opinari velint. Sunt item alii qui secundum humani animi naturam vel affectum de Deo sentiunt, si quid sentiunt; et ex hoc errore, cum de Deo disputant, sermoni sue distortas et fallaces regulas figunt.³

Est item aliud hominum genus, eorum qui universam quidem creaturam, quae profecto mutabilis est, nituntur transcendere, ut ad incommutabilem substantiam quae Deus est, erigant intentionem: sed mortalitatis onere praegravati, cum et videri volunt scire quod nesciunt, et quod volunt scire non possunt;⁴ praesumptiones opinionum suarum audacius affirmando, intercludunt sibimet intelligentiae vias, magis eligentes sententiam suam non corrigere perversam, quam mutare defensam.

Et hic quidem omnium morbus est trium generum quae proposui:⁵ et eorum scilicet qui secundum corpus de Deo sapiunt; et eorum qui secundum spiritualem creaturam, sicuti est anima; et eorum qui neque secundum corpus, neque secundum spiritualem creaturam, et tamen de Deo falsa existimant,⁶ eo remotiores a vero, quo id quod sapiunt, nec in corpore reperitur, nec in facto et condito spiritu, nec in ipso Creatore. Qui enim

1. The reader of these reflections of mine on the Trinity should bear in mind that my pen is on the watch against the sophistries of those who scorn the starting-point of faith, and allow themselves to be deceived through an unseasonable and misguided love of reason. Some of them try to transfer what they have observed about bodily things to incorporeal and spiritual things, which they would measure by the standard of what they experience through the senses of the body or learn by natural human intelligence, lively application, and technical skill. There are others whose concept of God, such as it is, ascribes to him the nature and moods of the human spirit, a mistake which ties their arguments about God to distorted and misleading rules of interpretation.

Again, there is another type; people who indeed strive to climb above the created universe, so ineluctably subject to change, and raise their regard to the unchanging substance which is God. But so top-heavy are they with the load of their mortality, that what they do not know they wish to give the impression of knowing, and what they wish to know they cannot; and so they block their own road to genuine understanding by asserting too categorically their own presumptuous opinions, and then rather than change a misconceived opinion they have defended, they prefer to leave it uncorrected.

Indeed this disease is common to all three types I have mentioned—to those who conceive of God in bodily terms, those who do so in terms of created spirit such as soul, and those who think of him neither as body nor as created spirit, but still have false ideas about him, ideas which are all the further from the truth in that they have no place either in the world of body, or in that of derived and created spirit, or in the Creator himself. Thus whoever

1. Cf. Sir 25:16.

2. Patrologia Latina (PL): *noverunt*, “what they know about.”

3. Cf. Wis 14:21–30.

4. Cf. Wis 9:13–16; Jerome, *On Hezekiah* 13.42; *Letters* 53.9.2; 57.12.4; Cicero, *Academica* 2.23.74.

5. Cf. Augustine, *On the Happy Life* 1.2–4; Sir 25:3.

6. Cf. Wis 14:30.

opinatur Deum, verbi gratia, candidum vel rutilum, fallitur; sed tamen haec inveniuntur in corpore. Rursus qui opinatur Deum nunc obliuiscens, nunc recordans, vel si quid huiusmodi est, nihilominus in errore est;⁷ sed tamen haec inveniuntur in animo. Qui autem putat eius esse potentiae Deum, ut seipsum ipse genuerit, eo plus errat, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis nec corporalis creatura: nulla enim omnino res est quae se ipsam gignat ut sit.⁸

thinks that God is dazzling white, for example, or fiery red, is mistaken, yet these are realities of the bodily world. Or whoever thinks that God forgets things one moment and remembers them the next, or anything like that, is certainly quite wrong, and yet these are realities of the mental world. But those who suppose that God is of such power that he actually begets himself, are if anything even more wrong, since not only is God not like that, but neither is anything in the world of body or spirit. There is absolutely no thing whatsoever that brings itself into existence.

Sacred Scripture did not shun words proper to any kind of thing by which our intellect could rise up to divine things

2. Ut ergo ab huiusmodi falsitatibus humanus animus purgaretur, Sancta Scriptura parvulis congruens, nullius generis rerum verba vitavit, ex quibus quasi gradatim ad divina atque sublimia noster intellectus velut nutritus assurgeret. Nam et verbis ex rebus corporalibus sumptis usa est, cum de Deo loqueretur; velut cum ait, *sub umbraculo*⁹ *alarum tuarum protege me*. Et de spirituali creatura multa transtulit, quibus significaret illud quod ita non esset, sed ita dici opus esset; sicuti est, *ego sum Deus zelans*; et, *poenitet me hominem fecisse*.

2. It was therefore to purify the human spirit of such falsehoods that Holy Scripture, adapting itself to babes, did not shun any words, proper to any kind of thing whatever, that might nourish our understanding and enable it to rise up to the sublimities of divine things. Thus it would use words taken from corporeal things to speak about God with, as when it says *shelter me under the shadow of your wings* (Ps 17:8); and from the sphere of created spirit it has transposed many words to signify what was not in fact like that, but had to be expressed like that; *I am a jealous God* (Exod 20:5) for example, and *I am sorry I made man* (Gen 6:7).

De rebus autem quae omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula, quibus vel figuraret locutiones, vel sirparet¹⁰ aenigmata. Unde perniciosius et inanius evanescent, qui tertio illo genere erroris a veritate secluduntur, hoc suspicando de Deo, quod neque in ipso, neque in ulla creatura inveniri potest.¹¹

But from things that simply do not exist it never has drawn any names to form into figures of speech or weave into riddles. Hence those who are shut off from the truth by the third kind of error fade away into the meaningless even more disastrously than the others, since they imagine things about God that have no place either in him or in anything he has made.

Rebus enim quae in creatura inveniuntur, solet Scriptura divina velut infantilia oblectamenta formare, quibus infirmorum ad quaerenda superiora et inferiora deserenda, pro suo modulo tamquam passibus moveretur aspectus.¹²

The divine Scriptures then are in the habit of making something like children's toys out of things that occur in creation, by which to entice our sickly gaze and get us step by step to seek as best we can the things that are above and forsake the things that are below.

Quae vero proprie de Deo dicuntur, quaeque in nulla creatura inveniuntur, raro ponit Scriptura divina; sicut illud quod dictum est ad Moysen, *ego sum qui sum*; et, *qui est, misit me ad vos*. Cum enim esse aliquo modo

Things, however, that are peculiar to God and do not occur anywhere in creation are rarely mentioned by Sacred Scripture; an example would be what was said to Moses; *I am who I am*, and *he who is sent me to you* (Exod 3:14).

7. Cf. Gen 6:7; Exod 20:5; Rom 9:14–18; Sir 25:16; Eccl 1:15, 6:9.

8. Cf. Augustine, *The Immortality of the Soul* 8.14.

9. PL: *in tegmine*, “under cover.”

10. PL: *spissaret*, “pack.”

11. Cf. Rom 1:19–21.

12. PL: *affectus*, “inclinations.”

dicatur et corpus et animus, nisi proprio quodam modo vellet intellegi, non id utique diceret.

Et illud quod ait Apostolus, *qui solus habet immortalitatem*: cum et anima modo quodam immortalis esse dicatur et sit, non diceret, *solus habet*, nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura; quoniam solius est Creatoris. Hoc est Iacobus dicit: *omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio*. Hoc et David: *mutabis ea, et mutabuntur; tu vero idem ipse es*.¹³

Since in one way or another both body and spirit are said to be, Scripture would not surely have said that, unless it were meant to be understood in some special way peculiar to God.

Then there is the Apostle's remark, *who alone has immortality* (1 Tim 6:16); since the soul too is called, and is, immortal in some way, he would not have said *who alone has*, unless it were the case that true immortality is unchangingness, which nothing created can have as it is peculiar to the Creator. James too makes the point: *every best bounty and every perfect gift is from above, coming down from the Father of lights, with whom there is no change nor moving shadow* (Jas 1:17), and so does David: *you will change them and they shall be changed, but you are the selfsame* (Ps 102:27).

We are nurtured by faith so that we may be made fit to grasp divine things

3. Proinde substantiam Dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientem,¹⁴ et sine ullo suo temporali motu temporalia creantem, intueri et plene nosse difficile est: et ideo est necessaria purgatio mentis nostrae, qua illud ineffabile ineffabiliter videri possit;¹⁵ qua nondum praediti, fide nutrimur, et per quaedam tolerabiliora, ut ad illud capiendum apti et habiles efficiamur, itinera ducimur.

Unde Apostolus in Christo quidem dicit esse *omnes thesauros sapientiae et scientiae absconditos*; eum tamen quamvis iam gratia eius renatis, sed adhuc carnalibus et animalibus, tamquam parvulis in Christo, non ex divina virtute in qua aequalis est Patri, sed ex humana infirmitate ex qua crucifixus est, commendavit.¹⁶ Ait namque: *neque enim iudicavi me scire aliquid in vobis, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum*. Deinde secutus ait: *et ego in infirmitate, et timore, et tremore multo fui apud vos*. Et paulo post dicit eis: *et ego, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quasi parvulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam; nondum enim poteratis; sed nec adhuc quidem potestis*.

Hoc cum dicitur quibusdam, irascuntur, et sibi contumeliose dici putant; et plerumque malunt credere eos potius, a quibus hoc audiunt, non habere quod dicant, quam se capere non posse quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem, non quam petunt cum de

3. So then it is difficult to contemplate and have full knowledge of God's substance, which without any change in itself makes things that change, and without any passage of time in itself creates things that exist in time. That is why it is necessary for our minds to be purified before that inexpressible reality can be inexpressibly seen by them; and in order to make us fit and capable of grasping it, we are led along more endurable routes, nurtured on faith as long as we have not yet been endowed with that necessary purification.

Thus the Apostle indeed says that *all the treasures of wisdom and knowledge are hidden in Christ* (Col 2:3); yet to people who though reborn by his grace are still fleshly and "all too human," like babies in Christ, he presents him not in the divine strength in which he is equal to the Father, but in the human weakness through which he was crucified. *Nor did I consider myself to know anything among you*, he says, *except Jesus Christ, and crucified at that*; then he adds, *and in weakness and fear and much trembling was I among you* (1 Cor 2:2). And a little later he says to them, *and I, brothers, could not speak to you as spiritual people, but only as fleshly; I gave you, like babies in Christ, milk to drink, not solid food, for you were not yet capable of it—indeed you are not capable of it even now* (1 Cor 3:1–2).

When some people are told this they get angry and think they are being insulted, and very often they prefer to believe that the ones they hear it from have nothing really to say, rather than consider themselves unable to grasp what they say. And sometimes we give them reasons—not

13. Cf. Heb 1:12.

14. Cf. Gen 1:21.

15. Cf. Matt 5:8; Rom 12:2; Eph 4:23.

16. Cf. 1 Cor 1:13–23; John 3:3–5; 1 Pet 1:23; 2 Cor 13:4; Phil 2:6; Matt 28:5.

Deo quaerunt; quia nec ipsi eam valent sumere, nec nos fortasse vel apprehendere vel proferre; sed qua demonstretur eis quam sint inhabiles minimeque idonei percipiendo quod exigunt. Sed quia non audiunt quod volunt, aut callide nos agere putant ut nostram occultemus imperitiam, aut malitiose quod eis invidemus peritiam; atque ita indignantes perturbatique discedunt.

indeed the ones they ask for when they inquire about God, since they are not capable of taking them, nor perhaps are we of mastering or presenting them—but reasons to show them how unfit they are, how little suited to receiving what they demand. But as they do not hear what they want, they presume that we are behaving craftily to conceal our lack of learning, or spitefully because we grudge them their learning, and so in ruffled indignation they take their departure.

The subject and plan of the work

4. Quapropter adiuvante Domino Deo nostro suscipiemus et eam ipsam quam flagitant, quantum possumus, reddere rationem, quod Trinitas¹⁷ sit unus et solus et verus Deus, et quam recte Pater et Filius et Spiritus Sanctus unius eiusdemque substantiae vel essentiae dicatur, credatur, intellegatur;¹⁸

ut non quasi nostris excusationibus illudantur,¹⁹ sed reipsa experiantur, et esse illud summum bonum quod purgatissimis mentibus cernitur, et a se propterea cerni comprehendique non posse, quia humanae mentis acies invalida in tam excellenti luce non figitur, nisi *per iustitiam fidei*²⁰ nutrita vegetetur.

Sed primum secundum auctoritatem Scripturarum Sanctarum, utrum ita se fides habeat, demonstrandum est. Deinde si voluerit et adiuverit Deus, istis garrulis ratiocinatoribus, elatioribus quam capacioribus, atque ideo morbo periculosiore laborantibus, sic fortasse serviemus, ut inveniant aliquid unde dubitare non possint, et ob hoc in eo quod invenire nequiverint, de suis mentibus potius quam de ipsa veritate, vel de nostris disputationibus conquerantur.²¹

